



foffet, und andern *Carmina* Vol. II.

A. W. 75. Quart.

4.

Carm.

8. 9.

9. 10.

10. 11.

Carm.

11.

12.

14.

15.

16. 17.

Carm.

18.

20.

21. 22.

Carm.



44.4
79

M
PRO FELICITATE MATRIMONII
INTER
DN. CHRISTIANUM SCHRÖDERUM
ET
VIRG. ANNAM BENIGNAM SCHENINGIAM,
ILLUM GENERUM EXOPTATUM,
HANC FILIAM UNICAM
EUSA
F. S. S. P.



ME progressa quidem, D^EI favore,
Supra Unū decimūq; lustra, pulsat.
Annorum series severiorum;
Repentis tacitē hinc gelū senectæ,
Fractaq; ingenii benignitate,
Cæperunt mihi detumere cuncti
Spirantes animi mei calores:

Ast tamen Pietas, et æstuantis
Pectoris genitalis ignis, ignes
Extinctos revocat, novo & latenti
Sopitos, vegetat, vigore sensus,
Tedis, concinam ut ominationem
Vestrīs, CORCVLA Amore pacta sacro,
Nexu & sanguinis et tori Jugalis
Proximo mihi colligata, quæq;
Pol! flagrantibus ardeo medullis.

Pluribus quid enim juvat monere
Qveis seleteneant Novi Mariti
Legibus? NEONYMPHVS ipse prudens,

la



In ipso Charitum sinu educatus,
Bonæ Mentis ad intimum facellum
Per virtutis iter Theminq; ductus,
PRÆESSE imperio modestè herili
Ac blandè sataget: MEA, est SUBESSE
Informata suo viro Marita,
Ejus & reverens futura. Concors
Porrò & castus Amor coire vinclo
Corda, si faciet mage arctiore,
Quā ambo corpora. Maxima iñō Virtus,
Pondus omne ferens, METUS JEHOVÆ,
Quod si dirigit agmen, Utriusq;
Cunctas expediens probe actiones,
Felicis, mihi crede, possidebunt
Veras conjugii beatitates,
Singulæ quoq; res fluent secundæ.

Has DEUS, modo proprias, supremus
Nuptis esse novis sinat! quod Unum
Verbis Davidis unicè precabor.

Cir-



Circumfusa benignitas JEHOVÆ
Vobis impluat è Sionis aurâ,
In vestros quoq; liberos redundet
Liberosq; profusa liberorum,
Ut vestræ videam, Mihi fruisci
Hac dum luce licebit, auspicata
Incrementa domus, locata firmo
Ac tuto in solido. Procul sinistra
Fata, Numinis arceat Potestas,
Ac Clementia mentis æquitatem
Indat, sors bona quando blandietur;
Robur, aspera quando fulminabit.

Συλληβδὺς! Mihi amate CHRISTIANE,
Pro votis hominum Tibi sit, ANNÆ
BENIGNÆQ; Tuæ benè ac benigne.

Ad sis alma Trias, ratam beato
Eventu facilis fac Optionem!
Sic Pæana canam sacrum, feramq;
Laudū, haut in memor, hostias Tpnati.



Ad Nobiliss. & Florentissimum

DN. Neo-Nymphum.

GRANDE NOVENARUM COLUMEN SCHRÖDERE DEARUM.
ET THEMIDIS DECUS EXIUM SOPHIAEQ; MEDULLA,
HAEC TENUS AONIDES, AC HARUM PRÆSES APOLLO
ET CHARITUM CORDI TIBI TRIGA, VAGUSQ; FUERE
MERCURIUS, NUNC TE VENUS EN SIBI VINDICAT, UT JAM
SIS CONSTANS, CERTOQ; LOCO PERSISTERE POSSIS,
POSTQUAM VISISTI VARIAS SUB SOLE JACENTES
TERRAS, UT PATRIAM, QUÂ NIL JUCUNDIUS AUDIT
INDE REDUX FACTUS SIC REQ; FIDEQ; JUVARES,
ATQ; PALAM FACERES, QUOD NON MUTAVERIS AURAS
ET COELUM TANTUM: FED MENTEM ORNAVAYERIS ILLIS
REBUS, QVÆ PATRIÆ PROSUNT: QUI FLORIDA MULTUM
DITET PAX URBES, HAS NOXIA PERDAT ERISQ;,
UT CIVES VIVANT JUCUNDA IN PACE BEATI,
POSSIDEATQ; SUUM TRANQUILLO PECTORE QVIVIS.
UT VERD FIERES VENERI DEVINCTIOR: ECCE
OFFERTUR MORATA TIBI SCHÖNINGIA VIRGO,
SCHÖNINGI EUSEBIES JUBARIS SOPHIESQ; PARENTIS.
VIDISTI FACIEM, MENTEM EX SERMONE NOTASTI:
ILLIUS EX OCULIS RADII MICUERE POTENTES,
SIC TIBI CREVIT AMOR, FED CASTUS: LEGIBUSILLE
CONSONUS HUMANIS & LEGIBUSILLE JEHOVÆ.
HÆC NEO NYMPHA TIBI RELIQUIS È MILLE PUELLIS
COMPLACUIT, SOLUMQ; SUUM TE, TEILLA CUPIVIT,
Hujus Te Pietas Virtus & amabilis igne
Incendit casto, noctesq; diesq; medullas
Mollis flamma ex est, Tibi somnia grataq; fingit
Hunc igitur multos vivas conjunctus in annos;
Sit procul à vestris Eris & Discordia tædis,

Adsit



Adsit Eros, Thalamumq; boet jucunda quotannis
Fertilitas, fiat Domus auctior, opto, subinde
Prole novâ. SCHRÖDERORUM Genus atq; propagant!

Hicè eximio SPONSORUM Pari

applaudere l. m. voluit

Daniel Aschenborit Sch.
Cath. Collega.

CHRISTIANUS SCHREDERUS,

per Anagr.

EN HIC VIR, DOS RARUS EST.

Ecphrasis Veridica.

Inclitus EN HIC VIR pollet pietate Verendâ,
DOS RARUS juvenis dexteritate VIR est.
Sponsus & est varijs animi Virtutibus auctus;
Hinc Claros inter nobile nomen habet.
Si species Sponsæ orcum, monstrat Patria Virtus;
Ipse parens Summò dignus honore viget.
Quanta Patris Gravitas, Pietas, Prudentia quanta!
Integritas, Candor, Glòria, quanta Fides!
Candida, quod super est, degant quoq; tempora Vita.
Exopto, Votis annue, CHRISTE, meis!

II.

THALASSIO DEVOTIVA.

GDer Herr Breutigam/ Ihr seidt numehr begabet;
Die Tugendt/ Frommigkeit sis selber die Ihr habet/
Und alles was Ihr wolt/ ewrs Herzen Lust und Zier
Und was man dencken kan das findet man an Ihr:
Nicht



Mich dünkt / ich sehe schon / wie Sie fast mit verlangen
Edler Herr Breutigamb / Euch freundlich wird empfangen
Und Lachen frölich an / wird lindern ewren Schmerz /
Was kan doch schöners seyn / als so ein Liebes Herz.
Wenn in den Büchern Ihr / auch satzlich glesen /
Wie Ihr denn pflegt zu thun / so könnet Ihr genesen /
Durch Ihrer Tugendfrüchte / damit Sie Euch ergezt /
Und alle Sorg' und Müh mit Keuscher Lich' ersetzet.

III.

DArumb die Nusen und alle Göttinnen
Heute sindt Lustig erfremen sich sehr /
Heute Sie Jauchzen / enzünden die Sinnen /
Heute Frolocket das Helicons Heer /
Hochzeitliche Lieder
Auch singet Ihr Brüder
Bey frölicher Zeit:
All Kummer und Plagen /
Gott woll von uns jagen /
Und Last verkehren nun alles in Freude.
Venus und Juno sich lassen erblicken /
Heute bey diesem Hochzeitlichen Fest /
Nummehr zu freuen sich alle beschicken /
Heute zu Jauchzen seindt g'sinnet die Gäste /
Ach! liebliches Scherzen /
Aus frölichem Herzen /
Last spüren mit Macht /
Ein jeder es wage
Jetzt heute bey Tage /
Freundlich zuscherzen bis kommt die Nacht.

Anno



Anno-

HVC preCor, aC VoVeo faClat rata Vota, preCesqVé
Ipse DeV's TVtor, qVL Dare. pLVra VaLet.

Per GenerosI sponsI Longè & benè splirent:
aC Degant, Opto & aDDo!

Venerabundè, Candidè, & sincerè offert ac Consecrat.
& ita, æternum duraturam Felicitatem
animitus Congratulatur.

Bartholomäus Manhart

Præcent. & Paup. Præcept.
zur Pfarr.

Trochaische Ode /

Nach der Weise.

Wol dem/der weit von hohen Dingen/et.

I.

Wol Euch/ Herr Schröder/nach dem Reisen:
Nach viel gehabter Sorg' und Müh/
Thut Gott ein Eugenbild Euch weisen/
Euch zuer gehen spät und früh.
Wol Euch nun/ liebt Euch sonder Schw/
Ewr keusche Lieb wirkt keine Rew.

2.

Biel Ihrer pflegen sich zu schewen
Vorm Eh' alsz einem Wehe Stand:
Doch pflegt's noch keinem zu gereuen/
Der sein Glück sucht in Gottes Hand.

Es



Es bleib/wer wil/vom Lieben frey;
Die keusche Lieb wirkt keine Rew.

3.
Das Urtheil hat Gott selbst gefället/
Es sey nicht gut alleine seyn;
Und hat dem Manne zugesellet
Sein Fleisch von seinem Fleisch und Bein.
So bleib/wer wil/vom Lieben frey;
Die keusche Lieb wirkt keine Rew.

4.
Viel sel'ger ist der Mann zu schäzen/
Der sich gewisser Lieb ergiebt/
Als einer der sich zu ergeben
An vielen Orten oft verdiebt.
Drumb bleib/wer wil/vom Lieben frey;
Die keusche Lieb wirkt keine Rew.

5.
Die Pflanze/so man oft versehet/
Zu leh' an keinem Orte hafft;
So wer mit mehr'en sich ergehet
Ihm endlich Rew und Schmerzen schafft.
Ein ander bleib vom Lieben frey;
Die wahre Lieb wirkt keine Rew.

6.
So ist auch besser zwey als Eines;
Fällt diß/so hilfft das Ander auff.
Das Wesen eines blossen Scheines

Ber.



Verschwindet doch mit schnellem Lauff.
Ein ander bleib vom Lieben frey/
Die wahre Lieb wirkt keine Rew.

7.

Drumb habt Ihr / Edles liebe Seelen
Diz alles bey Euch wol bedachte/
In dem Ihr Euch heut wollt vermählen
Trett in den Stand / den Gott hoch acht.
Es bleib / wer wil / vom Lieben frey;
Euch schafft das Lieben keine Rew.

8.

Die beste Freude ist zu schäzen/
Wenn man in Lieb ist eingeseihlt;
Weil wahre Lieb diz kan ersehen
Was sonst das Unglück zertheilt.
Drumb bleib / wer wil / vom Lieben frey/
Liebt Ihr ohn alle Rew und Schew.

9.

Wolan! so fahret fort im Lieben
Gott segne Euch und ewren Stand
Es muss kein Unglück Euch betrüben
Gott halt ob Euch mit seiner Hand
Und lass Euch alles Elends frey;
Liebt Euch nun lang' und sonder Schew.

Zu sonderlichen Ehren dem trew verliebten
Paar setzte dieses auf

Georgius Buchheimius, Torg: Misn.

Cur



Cur modò MUSA silēs? in suavia carmina vires
Exere; jam præsens postulat hora, dies.
Enī sibi, consilio maturo, adjungit Amicam
SCHRÖDERUS, celebrat jura sacrata tori:
Fussa DEI compleat, SCHÖNINGÆ dummodò casto
Dat vicitas, promptè, vicitus amore, manus.
Quis non gratetur? Quis non bona multa precetur
Fibritius, ut par est, Sponsæ novelle, Tibi:
Ut DEUS incepio Summus benedicat amori,
Surgat ut ex thalamo, stirps numerosa novo?

L. M. Q. approperavit
Præximii Domini Sponsi
Cultor
perpetuus.

Lambertus Stegerus
Gedanensis.

JAm latus ergo Eoo ab orbe Lucifer
Affert eam nobis diem,
Quæ, Patruellis, nuptialibus tuis
Est destinata gaudijs.
Prolixa dum tibi vota fundunt plurimi,
Feruntq; dona splendida,
Mea Musa quid, quæ nullius facundiæ est?
An sola conticebit hic?

Pietas



Pietas vetat, nefasq; dicit foetidum,
Poscitq; aliud agnatio.
Votum feram hoc succinctius, quo longius
Discedo ab Eloquentia:
Votum tamen quod intimo de pectore
Surgat, polumq; verberet.
Is nempe, qui fuit ipse matrimonij,
Primi Supremus conditor,
Potenter à Vobis, precor, dum vivitis,
Propulset omne noxiū:
Et vota vestra largiatur quælibet,
Tandem perenne gaudium.

Ita honoratissimo suo Domino
Patrueli.

ὅλοψύχως καὶ ὅλοκαρδίως
congratulatur

Nathanaël Schröderus

Junior. D. B.

Postquam fama loquax juga in bicornis
Parnassi retulit, parare festa
SCHRÖDERUM thalami diu expetiti:
Extemplo ad solium suum Smaragdis Undi-



Undiquaq; micans, Apollo cogit
Sacrum ter triplicum gregem sororum
Per Caduciferum benè more prisco.
Illæ conveniunt nihil moratæ.
Quas affatus Apollo, nube amictus
Candenteis humeros, comasq; lauru,
Frondis perpetuos gerenti honores;
Tales ore sonos dedit diserto:
Panduram, citharam, chelyn sonoram,
Cornu, nablia, barbiton, lyramq;
Cum ple&to mihi grex capeſſe chare.
Vernanti redimito fronde crineis,
Incedens niveis ovato amiclis.
Vestrum delicium, meum insimulq;
Pulcer flos juvenum, decus Virorum,
Sidus Pieriæ micans catervæ
S C H R Ö D E R U S, premit intimis medullis
Ignes insolitos, tamen pudicos.
Qui noster fuit haec tenus fidelis
Sectator, modò cogitur subire
Victus jura Deæ Cypri potentis.
Hinc de tot sibi segregavit unam
Formosam, nitidam, probam, pudicam,
Cordatam benè Virginem, & decoram,
Præclaram pietate, castitate,
Quam dotes animiq; corporisq;
Effecere bonis quibusq; gratam:

Cui



Cui frons marmore purius renitet,
Cujus sic geminæ faces ocelli
Lucent, ceu radiat Pyropus, & qui
Sic stant composito décoré, ut hos tu
Possis nominitare nec protervos,
Nec possis etiam nimis severos,
Quam pulcrum sibi copulat puellam.
Felix Conjugium, quater beatum!
Unitur Juveni Puella clara,
Claris orta Parentibus, pijsq;
Unitur juvenis probæ puellæ,
Per se sat celebris, satisq; notus.
Sic dux Aonidum, Paterq; Apollo.
At grex Castalidum vovet novellis
Sponsis prospera quæq;, corde toto.

II.

ODES HORATII

Et thure & fidibus juvat.

P A R O D E.

Et voce, & calamo juvac
Optare, & lyrico carmine prospera.
SPONS O quæq; precarier.
Qui nunc percipiens pectoris intimos
Æstūs, impiger oscula.
SPONSÆ plurima fert dulcia, non memor
Ejus tristitiae, quæ viduo toro
Indivulsus adest comes.

Gra-



Grato ne careat læta dies sono:

Neu vini modus optimi,

Neu morem in veterem sit requies pedum,

Neu quem (quod precor) hospitum

Curis tristis Eris turbet edacibus.

Neu desint epulis salis,

Neu plausus hilare, neu pia gaudia.

Omnes mœstitiam hospites

Deponant tetricam. Costa nec intima.

Divellatur ab horridâ

A TE SPONSE, precor, mente piâ, nece.

III.

CHRISTIANVS SCHROEDER, GEDA:

per anagr.

IN HOC GRATUS ERIS DEO. CREDAS.

Evolutio (additur o.)

Quod sit Conjugium pium, ac honestum,

Res accepta Deo, docet sacratus

Codex. Improbat illud ast vicem qui

Non Christi, Satanæ gerit sed atri.

Rem Tu SPONSE facis piam, Deoq;

Pergratam supero, TIBI Puellam

Bellam dum socias, & arctiori

Conjungi TIBI vinculo jugali.

HOC IN Conjugio, Schrödere, CREDAS,

Cunctis GRATUS ERIS, Deoque; & ut sis

Toto corde precor, brevi Phaleuco.

SPON-



IV.
S P O N S I S

Mente plâ eXopto, trlbVat DeVs ætherIs aLtI,
Regnat VblVIls qVI, prospera ab aXe poLI.

V.

Annus, Mensis, Dies Nuptiarum, item nomen
Dn. Sponsi, & Sponsæ, cum voto devoto
sic exhibetur.

IVLIVS, ecCe, orltVr bIs septl MVs, atbre CorVfCans,
QVo, TIBI SPONSE, TVos Læta pVeLLa Venlt
In thaLa Moss, feLIX hæG fIt ConlVnCtlo, Iova
IpsVs Vos nVptos CopVLet, atqVe llget.
SChræDerVs preCor bIC feLIX, bIC ANNA BE-
NIGNA

2. VWant, hoC faxIs qVI regls aLta, DeVs.

DANIEL JANDICIUS

Scribere dum conor votum Clarissime SPONSE
Quod Tædis Vestris pangere suadet amor
Non opus esse reor prolixum nectere carmen
Et cæptum longâ sollicitare prece.
Nam quid multa loqui, quid multum scribere prodest?
Cum thalamis Vestris carmina vix deerunt.
Ergo jam paucis includo plurima verbis:
Det Vobis opto prospera queq; Deus,
Et thalamum Vestrum Janctus qui est atq; beatus
Longævâ vitâ, prole, salute, beet!

Gratulab. adjecit

G. S.







44
79

Yniorum tunc secessione
Rerum tunc secessione
EYXH
PRO FELICITATE MATRIMONII
INTER
DN. CHRISTIANUM SCHRÖDERUM
ET
VIRG. ANNAM BENIGNAM SCHENINGIAM,
ILLUM GENERUM EXOPTATUM,
HANC FILIAM UNICAM
AUSA

100 mm

